

<935> febbraio, [Rialto]

Avendo Marinus, abate del monastero di San Felice e Fortunato <di Ammiana>, denunciato l'ingiustizia subita dal vescovo <di Altino/Torcello>, che lo aveva interdetto dal bosco di Ceggia e gli aveva estorto le decime e provocato distruzioni, Iohannes duca delle Venezie, riunito in pubblica assemblea con Dominicus patriarca di Grado, i vescovi Iohannes <II> di Olivolo, Petrus <di Torcello>, Marinus di Malamocco, Ursus di Cittanova Eracliana e Marinus di Caorle, con i *primates* e una parte del popolo, dirime la vertenza in favore dell'abate, sulla base di un'antica scrittura emanata dal duca Petrus <Tribunus> ed esibita in giudizio. Reputando per contro non pertinente la scrittura portata dal vescovo, il duca impone a quest'ultimo un risarcimento e, confermando la validità del documento del suo predecessore, ne emana uno di pari tenore con cui stabilisce che l'abate non paghi nessun reddito per il bosco di Ceggia e che il vescovo abbia solo la facoltà di consacrare l'abate, senza poterlo costringere a presenziare al sinodo o scomunicarlo. Stabilisce inoltre che, in ottemperanza all'antica scrittura, l'abate offra ogni anno in occasione della festa dei Santi Felice e Fortunato un pranzo per 12 ecclesiastici e sei rematori o dia in alternativa 100 denari, che paghi 5 denari qualora il vescovo si rechi a Grado al sinodo e 1 denaro in preghiere quando questi si fermi in visita al monastero, dando inoltre ogni anno 5 denari per le chiese a lui soggette, ovvero quelle del monastero di San Felice e Fortunato e Santa Maria nelle Venezie, di Santo Stefano di Altino e di San Felice in Ducia.

Copia semplice cartacea del XVI secolo, da copia giudiziale del 1171 febbraio 1, da copia semplice intermedia da originale in Venezia, Archivio di Stato, Procuratori di San Marco de Supra Chiesa, Atti, busta 138, processo 291, fascicolo 1, carte 1r-3r [B].

CE II.31

Edizione: Pozza 2009.

In nomine domini Dei aeterni et Salvatoris nostri Iesu Christi. Imperante domino Constantino, augusto, magno et pacifico imperatore, anno autem imperii eius vigesimo tertio, mensis februarii, indictione octava, curtis palatii.¹ In die quadam, presidente me Ioanne², divina gratia Venetiarum duce in publico placito, una cum nostris primatibus et ibique circumstantibus fidelibus et una parte populi terrae nostrae, et inveniebamus et loquebamur de salute patriae nostrae. Ecce Marinus abbas monasterii beatorum martirum Felicis et Fortunati et Cosmae et Damiani adveniens,³ coepit proclamare supra nostrum episcopum beatae Mariae semper Virginis sanctae Altinatis ecclesiae⁴ de virtute et iniusta re, quod ab eo et a suis iniuste et iniuste praefatum monasterium et sua congregatio patiebantur de silva Cese,⁵ quae ei interdicta habebat sine lege et iudicio, sive de terris et colonibus et de mansione, quae ille distructa habebat; etiam et decimam⁶ de suis colonibus per vim depraedatam habebat, et faciebat contra legem et canonicam auctoritatem. Et inter haec loquente me Ioanne inclito Dei gratia duce, cum omnibus nostris episcopis et iudicibus et dictis fidelibus, et audiente lamentationem, qua prefatus abbas et sui monachi ante praesentiam nostram et nostrorum fidelium lamentabant, responderunt omnes iudices circumstantes quod iniustam rem factam habuisset supradictus Petrus episcopus contra dictum monasterium; et per legem et iudicium fecimus venire ante nostram praesentiam supradictum Petrum episcopum sanctae Altinatis ecclesiae, etiam et Marinus abbas ibi aderat et proclamabat de vi, quam ei supradictus episcopus factam habebat, sicut superius legitur, et ostendit veterem scripturam, quam Petrus dux et protospatrius, insimul cum Vitale patriarcha sanctissimo, et Gisilberto Altinatis ecclesiae episcopo, et cunctis episcopis et iudicibus,⁷ qui eodem tempore nostrae patriae fuerant, suo monasterio et antecessori suo diiudicati carta fecerant, ut non esset nullus episcopus Torcellensis, qui de silva

Cese aliquid interdiceret, neque de omnibus territoriis eiusdem monasterii, nec de capulis nec de pasculis aliquid acciperet, nec ad sinodum duceret, neque excommunicaret, neque distringeret, nec contra eorum voluntatem acciperet aliquid. Sed etiam Petrus episcopus ostendit suum scriptum, et non erat conveniens, sed providente me et contractante me Ioanne cum iudicibus et populo terrae nostrae, et fecimus pacti conventionem et totam emendationem, quam praedictus episcopus a praenominato abbate et suo monasterio iuste, legaliter facere debuerat, secundum veterem scriptum cuncta ei largiri fecimus. Et statuantes et confirmantes nos Ioannes divina gratia Venetiarum dux, una cum Dominico sanctae Gradensis ecclesiae patriarcha, atque cum Ioanne sancte Olivolensi ecclesiae episcopo, nec non et Petrus sanctae Altinatis ecclesiae presul, etiam Marinus sanctae Metamaucensis ecclesiae episcopus, atque Ursus Heraclianae civitatis episcopus atque Marinus, Caprulensis episcopus, et cunctis episcopis, qui subscripti et adscripti sunt, pariterque primatibus et parte populi terrae nostrae, ut praedictum anteriorem scriptum quod antecessor meus dux vel episcopis et iudicibus, qui in eodem tempore fuerant, quorum manus in eodem scripto videntur esse, quae suis temporibus fecerunt et firmaverunt de praefato Dei monasterio, ut firmum et stabile esse deberet. Etiam et omnes pari tenore illum veterem, quod superius nominavimus, et istud, quod in nostris temporibus fecimus et iussimus fieri per Dominicum diaconum, cancellarium et tabellionem nostrum,⁸ secundum quod dictum est, ut in vigore et robore esset in meis temporibus et usque quo mundus steterit, ex nostra parte et successorum nostrorum, ut deinceps in antea non sit nullus dux, nullus episcopus, nulla quaelibet persona hominum, nec clericus, nec laicus, qui contra hos scriptos sint ausi esse, neque contra territorios eiusdem monasterii, nec de silvis, nec de pratis, nec de pascuis, nec de campis, neque de omnibus rebus praedicto Dei monasterio pertinentibus. Et statuantes statuimus atque praecipimus, ut deinceps in antea nullum redditum solvat ad episcopum Torcellensem de silva Cese secundum veterem praeceptum et concessionem, quam bonae memoriae Petrus dux con consensu Gisilberti et aliorum episcoporum et populi Venetiarum fecit, nec terraticum, neque censum, nec ensenia aliqua, nec tributum aliquod, parvum vel magnum, nec etiam torcellensis episcopus abbatem ipsius monasterii ad suam sinodum venire compellat, nec excommunicat, neque distringat, sed tantum consecratio abbatis consecrandum abbates in ipsius potestate permaneat, et abbas per singulos annos ei in monasterio suo secundum veterem scriptum in festo sanctorum Felicis et Fortunati preparet prandium cum duodecim sedentibus et navigantibus sex tantum, aut prandium sibi preparet, aut propter prandium persolvat ei denarios centum, et si perrexerit supradictus episcopus ad sedem Gradensem ad sinodalem conventum, det ei abbas, qui per tempora fuerit, denarios quinque, et unum denarium in letania, si ad eundem monasterium perrexerit, et nil amplius, secundum promissionis cartas, quae inter utrasque partes factae sunt. Similiter constituimus de ecclesiis, quae ad ipsum monasterium subiectae sunt, quas nominatim exprimimus, id est monasterium Sanctorum Felicis et Fortunati et sanctae Mariae situm in Venetiis, et ecclesiam Sancti Stephani de Altino et Sancti Felicis de Ducia,⁹ pro qua annuatim abbas predicti monasterii persolvere debeat denarios quinque, et de omnibus rebus et pertinentiis eorum in libertate permaneat. Nam praedictus Dei zenobius in omni libertate permaneat et secure faciat, nec subtrahere inde presumat, sed in omnibus ibi conservat, sicut superius dictum est. Si quis igitur contra haec ire praesumpserit et hanc nostram constitutionem corrumpere voluerit, incidat in iram Dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti, cum Iuda traditore domini nostri Iesu Christi aeternum habeat incendium, et insuper componat auri obrizi libras decem, medietatem in camera palatii et medietatem in praedicto Dei monasterio. Et haec cartha diiudicatus omnibus pro futuris temporibus maneat in sua firmitate.

NOTE STORICHE

¹ La datazione del documento è assai incerta. Per Roberto Cessi, che corregge l'anno dell'impero da ventitreesimo a ottavo e l'indizione da ottava a settima, il documento si daterebbe al 919. Si veda CESSI 1942b, pp. 43-44. Secondo Marco Pozza invece il documento si daterebbe al 935. Si veda POZZA 2009, pp. 507-508.

² Nessun duca Giovanni è attestato nelle fonti cronachistiche né nel 919 né nel 935. Per questo motivo e per le incertezze sopra citate sulla datazione, Marco Pozza ipotizza che il documento sia un falso, redatto dai monaci di Ammiana nel XII secolo. Per tutta la questione si veda il succitato POZZA 2009.

³ Il monastero di San Felice e Fortunato di Ammiana fu una delle istituzioni monastiche più antiche della laguna veneta. Esso fu occupato dai monaci del monastero di Santo Stefano di Altino in un momento non meglio precisato tra gli anni 900 e 935. Si vedano SPINELLI 1987 e POZZA 1998. Sui resti archeologici del monastero, intercettati e distrutti durante lavori edilizi nel corso del XIX secolo, si veda MOINE 2013, pp. 36-38.

⁴ Si tratta del vescovo di Torcello che fino almeno al principio dell'XI secolo mantenne anche il titolo di vescovo di Altino. Si veda documento [Venezia 7](#) e bibliografia alla nota 7.

⁵ Località identificata con l'attuale comune di Ceggia in provincia di Treviso. Questo territorio era già stato oggetto di un privilegio ducale. Si veda più sotto la nota 7.

⁶ Il ducato veneziano non conobbe l'istituto della decima ecclesiastica, introdotto nel regno italico in epoca carolingia. Ciononostante il sistema delle decime era noto agli enti ecclesiastici veneziani, come il presente documento attesta. In questo caso è probabile che l'area in questione, ovvero le terre e le pertinenze della chiesa di Santo Stefano, pur dipendente ecclesiasticamente dal vescovo di Torcello/Altino, si collocasse in un territorio esterno al ducato. In generale i monasteri veneziani riscossero la decima nelle proprietà che essi possedevano in terraferma. Si veda documento [Venezia 15](#) e testo in corrispondenza della nota 4. (RANDO 1994, pp. 98-111).

⁷ Si tratta del placito presieduto nel 900 febbraio dal duca Pietro Tribuno il quale, sulla base di una precedente concessione del duca Orso I, aveva esonerato i monaci di Santo Stefano di Altino dal versamento del censo per il bosco di Ceggia. Su Pietro Tribuno e sul privilegio da lui emanato si veda documento [Venezia 7](#).

⁸ Sulle qualifiche dei notai ducali si veda quanto scritto alla nota 7 del documento [Venezia 6](#).

⁹ L'elenco delle chiese soggette al monastero è alquanto controverso essendo il documento pervenutoci in due copie tarde, ovvero la presente e quella contenuta nel Codice marciano classe IX. Vittorio Lazzarini elenca fra queste chiese solo quella di San Felice in Ducia/Dozza (LAZZARINI 1935, p. 278). Daniela Rando inserisce nell'elenco la chiesa di Santa Giustina delle Vignole (RANDO 1994, p. 94). Marco Pozza quella di Santa Maria del Lido (POZZA 2009, p. 509). Per l'ubicazione della località detta Ducia/Dozza, si veda documento [Venezia 7](#) nota 11.